Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/313422

15

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

CYPRIANUS GERARDUS CAROLUS VAN HENGST,

Rheno-Trajectinus.

A. D. XIII. M. JUNII A. MDCCCLIV, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. G. BROESE.

MDCCCLIV.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA GIEBEN & DUMONT.

THESES.

I.

L. 49 D. Mandati conciliari potest cum L. 35 D. de acq. rer. dom.

II.

Conciliatio L. 33 D. de jure dotium cum L. 41 D. de re judicata, a summo CUJACIO proposita (*Observ.* XII, 17), praeferenda est ei, quam Cl. VOORDA (*Thesium Decad.* XIII, § 2) tentavit.

III.

Si procurator, cui res tradita est, ut dominus adquirat, adprehendit animo sibi habendi, tamen mandanti adquiritur.

IV.

L. 13 § 6 et L. 15 D de usufructu non obstant L. 61 eodem.

V.

Pro judicato usucapi nequit, nec obstat L. 15, § 4, D. de re judicata.

VI.

Colonus jure nostro interdictum unde vi (art. 619 C. C.) instituere nequit.

VII.

Uxor, quae sine consensu mariti contraxit, invita per ratihabitionem mariti non obligatur.

VIII.

Tutoris remotio per citationem petenda est.

IX.

Si mandans et procurator eodem die simul nuptias contraxerint, nuptiae non valent.

X.

Locator privilegium, sibi in art. 1186 C. C. concessum, contra emtorem exercere non prohibetur.

XI.

Interrogationes in jure faciendae in art. 1604 C. C. minime prohibentur.

XII.

Transactio per testes etiam in rebus mercatoriis probari nequit.

XIII.

Codices mercatorum probant, licet non adsit diarium.

XIV.

Venditor, qui pretium secundum art. 245 § *In geval* C. M. petit, contra secundum emtorem directe agere potest.

XV.

Si maritus et uxor separatim mercaturam exercuerunt, forocessio mariti non efficit forocessionem mulieris, licet sint in communione bonorum, sed tamen creditores mulieris cum creditoribus mariti concurrere possunt.

XVI.

Tabellio, qui pretium rerum vi muneris sui venditarum ex intervallo acceperit, et mandanti non restituerit, puniri nequit ex art. 169 C. P.

XVII.

Societas, quae forocessit, neglecta professione in art. 765 C. M. praescripta, punienda non videtur ex art. 3, N°. 1. Legis 10 Maji A[i] 1837.

XVIII.

Poena statuenda erat in eos, qui testimonium juramento firmare nequeunt, si false in causis poenalibus deposuerint.

XIX.

In Regis liberos, delicti reos, persecutio poenalis utique admittenda videtur.

XX.

Jus civitatis, termino fatali elapso, de quo cavebat lex fundamentalis anterior in art. 10, non recte a rege concedebatur.

XXI.

Modus agros colendi a lege definiri non debet.

XXII.

Divisio operarum quam maxime civitati prodest.